

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii ... Quo Ad Exequias
Matronae ... Mariae Dobbins/ Uxoris Dn. Hinrici Mülleri, Cantoris Jacobaei laudab.
decantati. Hodie hora prima adornandas, Omnes Omnium Ordinum Cives
Academicos ... invitat**


Rostochi[i]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435950>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,
in
M. Dobbin,
uxor. H. Müller.
Rost. 1659.



10'
PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QUISTORPII,
ΘΕΟΛΟΓ. D. Prof. & Past. J.

Quo
Ad Exequias
MATRONÆ HONESTISSIMÆ
MARIAE Dobbins /
Uxoris

DN. HINRICI MÜLLERI,
Cantoris Jacobæi laudab.
decantati.

Hodiè horâ primâ adornandas,

OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES
ACADEMICOS Studiosissimè invitat.

P. P. VI. Decembr. ANNO
M. DC. LIX.

Sub Sigillo Rectoratus.



ROSTOCKI,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

BERNO

[In Epist. ad Burchardum.]

Licet Apostolica authoritate, de charis in Christo dormientibus prohibeamur contristari: pietatis tamen affectus, ad dolorem humanum excitat pectus. Sed congruus in utrisq; modus est habendus, quatenus de illata mortis conditione sic pietas cogat flere, ut de futura beatæ immortalitatis gloria spes con-ducatur ad gaudere.



RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS, D.

H *Ierusalem* sita in mediterraneo tribus Benja-
min dicitur καὶ ἐξοχὴν civitas, item civitas
Dei & sancta, quippe non à gentibus sed
Judæis, sancto populo inculta; seu quod cultus
divinitus institutus publicè ibidem celebraba-
tur; tum deniq; quia se DEUS peculiari modo
ibidem patefacerat: Solenne enim est S. literis,
locum aliquem à peculiari manifestatione Dei,
in eodem facta, sanctum appellare: Quin & ob
amplitudinem, quà reliquis omnibus urbibus
magis erat conspicua, civitas DEI dicitur, uti
& Cedri Dei dicuntur, hoc est, magnæ. Extructa
fuit hæc urbs in quatuor montibus, Syon, Acra,
Betzetha, & Morya. Portis circumdata fuit duo-
decim, è quib; in nomine, terræ sanctæ partes pa-
rebant exitus. Fuere Hyerosolyma urbs quondam,
non solum, ut Plinius, longè clarissima urbium
orientis; ut alii, toto orbe terrarum primaria,
quippe, quæ teste partim Josepho partim etiam
Strabone & Tacito, opibus firma, magnitudine
& ædi

& ædificiorum splendore admiranda, divitiis abundans, templi structurâ stupenda, muris, turribus, propugnaculis munitissima, frequentia, & nobilitate civium spectatissima: sed etiam, quo nihil majus optari aut esse potest, DEI ipsius domicilium & habitatio & sedes peculiaris: quæ, cum DEUS ipsi velut in civitatem ascriptus esset, cæli instar fuit, in qua DEUS ipse cum Angelis habitavit. Hæc sedes fuit ordinaria Religionis & cultus divini: hic Patriarchæ pleriq; omnes & vixerunt, & sepulti sunt: hic tandem Christus filius Dei versatus est, hic docuit, hic mortuus est & sepultus & ex mortuis resurrexit, ac Spiritum Sanctum dedit. O claritatem urbis, cui nulla comparari potest! quæ tanta gloria cumulata fuit, ut similem sol non viderit unquam, nec ad finem usq; seculorum visurus est. In hanc tamen, quia verbum Jehovæ aspernabatur, nec admonitionibus locum ullum relinquebat, omnem iram Deus effudit, quæ non nisi atrocissimis suppliciis esset finienda. Hanc cladem cum propè abesse prospiceret, Christus Dominus in lacrymas effusus acerbissimas; sic cognovisses, inquit, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tuam pertinent: sed ea nunc occulta sunt oculis tuis: simulq; prædicat, urbem pulcerrimam tam miserè evertendam, & solo æquatur: eo quod non no-

verit

verit tempus illud visitationis suæ. Nec eventus
defuit vaticinio. De quo exidio Gregorius Nazi-
anzenus testimonium suum nobis dabit: ipse
ait, exitus doceat & ipsa captivitas eorum subje-
cta Romanis; cujus quis potest enumerare cla-
des? qui libri de ipsorum miseris possunt scribi?
nisi quod unus liber est universus urbis terrarum,
qui vastitatem eorum quotidie calamitatesq;
testatur, & Hierosolymorum ad fundamenta
usq; destructionem. Hæc ille. Sed lacrymæ
CHRISTI quid aliud sunt, quam testimo-
nium, non delectari DEUM morte & inte-
ritu peccatorum, sed eorundem potius conver-
sione & vita? paternaq; & misericordiæ ac divi-
næ tum erga populum suum, tum erga nos, cle-
mentia plena ad resipiscendum & pœnitendum
prægnansq; invitatio? deniq; ne tempus visita-
tionis hujus tam opportunum, tam optatum sur-
dis auribus oscitanterq; flagitiosa quadam secu-
ritate præterlabi patiamur, sed illud cupidè am-
plectamur, seria commonefactio & obstatio? Fe-
licem ter & amplius, qui lacrymis his locum re-
linquit; qui visitanti Deo sese dat & concedit totum!
Felicem & nos, si judæorum malo edocti &
terrifici veniamus ad Christum Dominum, toto
diè nos ad se vocantem, qui offert nobis caput
suum, quod habet inclinatum ad osculandum;
brachia,


brachia, quæ habet expensa ad amplectendum;
cor; ad diligendum; totum corpus, ad redimen-
dum. ! Hoc tempus visitationis suæ, corde
contrito & fideli agnovit pia hæc Matrona
MARIA Dobbins / cui hodiè funus ducitur. In
vitam venit hæc defuncta Anno 1606. Rostochii,
nata optimis Parentibus Patre Fricke Dobbin /
Cerevisiario & mercatore in signi: Matre Fœmi-
na ornatissima MARIA Arpen. Avus paternus
fuit Fricke Dobbin / Senior, Cerevisiarius & mer-
cator Eximius. Avia paterna fuit CATHARI-
NA Schröders / Fœmina omni laude cumulatiss-
sima. Avus Maternus dicebatur JOHANNES
Arpe / Cerevisiarius & Mercator, Vir Optimus &
Honestissimus, Avia Materna erat Anna Nahl-
steden / Fœmina maximè pia & sexus sui virtuti-
bus instructissima. His parentibus nata Maria
nostra & per lavacrum Regenerationis renata
DEO, non potuit non in officina Pietatis rectis-
simè ad omnem honestatis cultum actionesq; il-
li sexui convenientes, institui & educari; quem
etiam decentem ornatum in vita sua secum cir-
cumtulisset; eo magis, quam quovis auro, qui-
busvis gemmis vestibusq; exornatam, omni-
bus pius demonstravit. Cumq; hic ipsius esset
mundus, hic cultus, neq; cœtera bona, quæ ad
fœmine-


femineum sexum commendandum faciunt,
deessent : factum est , ut anno Cstrist. 1624.
DEO sic disponente , Amplissimo Domino
JOHANNI Westenhufen / Senatori lauda-
tissimo in manus per honorabile conjugii
veniret. Placidissima fuit hujus cum
placidissimo marito conjugalis conjunctio.
Nec fuit hoc conjugium sine prole, cum ipso
enim concepit 5. liberos, ex quibus duo ad-
huc superstites, literatus juvenis JOHAN-
NES, & morata virgo CATHARINA, deplo-
rant matris mortem. Postquam, per mor-
tem hujus senatoris ab hoc conjugiali vin-
culo liberata erat, Anno 1641. Matrimonii
capistro denuò os præbuit , & agnovit no-
vum maritum Dominum HENRICUM
MÜLLERUM , Cantorem Templi Cathed-
ralis studiosissimum ; quocum suscepit fi-
lium JOHANNEM HENRICUM , jam diu
mortuum, & puellam ANNAM, quæ summo
cum dolore it matris exequias. Mariti &
rei domesticæ cûram habuit ac spartam su-
am inter mulieres ornavit admodum. Hæc
postquam phrysi & tussi laborasset per XI.
septimanas ante quatrimum animam red-
didit. Cum ejus corporis exuviæ, hodie
hora

hora. I. terræ sint reddendæ, condolentiam
nostram, tam erga defunctam, quàm opti-
mum maritum contestemur. Id ut omnes
& singuli cives nostri præstare, & dicta hora
in templo JACOBEO frequentes con-
venire velint, majorem in modum
rogamus & hortamur.

P. P. Sub Sigill. Acad.
VI. Decemb. an. 1659.










verit tempus illud visitation
defuit vaticinio. De quo ex
anzenus testimonium suum
ait, exitus doceat & ipsa capti
ta Romanis, cujus quis po
des? qui libri de ipsorum mis
nisi quod unus liber est unive
qui vastitatem eorum quot
testatur, & Hierosolymoru
usq; destructionem. Hæc
CHRISTI quid aliud func
nium, non delectari DEL
ritu peccatorum, sed eorund
sione & vita? paternaq; & mi
na tum erga populum suum,
mentia plena ad resipiscendu
prægnansq; invitatio? deniq;
tionis hujus tam opportunum
dis auribus oscitanterq; flagit
ritate præterlabi patiamur, se
plectamur, seria commonefac
licem ter & amplius, qui lacr
linquit; qui visitanti Deo sese
rum! Felices & nos, si judæori
territi veniamus ad Christum
diè nos ad se vocantem, qui
suum, quod habet inclinatum



eventus
rius Nazi
it: ipse
m subje
erare cla
nt scribi?
errarum,
mitatesq;
damenta
lacrymæ
testimo
& inte
conver
ac divi
nos, cle
tendum
us visita
tum sur
am secu
pidè am
tio? Fe
cum re
cedit to
docti &
n, toto
bis caput
ndum;
brachia,